



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 10. Pauli Manutii obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

## §. X.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1574.*Pauli Manutii obitus.*

Hoc item anno Paulus Manutius Aldæ Filius Venetiis Anno post Christum natum millesimo quingentesimo duodecimo natus mortalitatem exiit. *Thu. l. 59. p. 65.*  
 Is per aliquot annos Venetiis in patria sua literarum excellentia eminebat, musisque recens resuscitatis novum addebat splendorem, a Pio V. Romam venire iussus, ut Typographiæ Apostolicæ curam in se susciperet, ac sacri Codicis editioni præesset: insuper huic Viro Republica literaria tot Authores antiquos tam Græcos, quam Latinos, ceterosque cum summa solertia, ac nitore typis vulgatos in acceptis referre tenetur: ipse vero nonnisi de argumentis profanis tractatus quosdam edidit, atque aliquamdiu Bibliothecæ Vaticanæ præfuit: tandem autem die sexta Aprilis Anno a partu Virginis millesimo quingentesimo septuagesimo quarto ætatis suæ sexagesimo tertio fati functus, sepultusque fuit in Ecclesia Sanctæ Mariæ supra Minervam. Reliquerat unicum Filium nomine Aldam, quem Clemens VIII. Vaticanæ Typographiæ præfecit. *Imper. in Museo hist. Miræus de Script. Eccl.*

Q 4

§. XI.